

Avidità punita

versione di recupero di fine anno per un primo liceo scientifico: la proposizione finale

Nicotris sapiens et clara Babyloniorum regina, antequam e vita excederet, ministris suis imperavit ut in sepulcro suo haec verba inscriberentur: hic ingens thesaurus latet: si Babyloniorum rex in gravi pecuniae inopia erit, sepulcrum aperite atque thesaurum sumite, si autem sepulcrum violaverit nulla necessitate adductus, aviditatis suae poenas solvet". Per multos annos Nicotridis sepulcrum violatum non est, sed cum Dareus factus est Persarum rex, divitiarum cupiditate motus, sepulcrum aperuit ut thesaurum sumeret: reginae cadaver tantum invenit et apud cadaver haec verba scripta: "Si tuam pecuniae aviditatem continere scires, mortuorum scelera non violares!". Temperantia enim magnus thesaurus est.

da Valerio Massimo